

tamen sœpissime occurrant, quales sunt. 1. *Cum quis impedit,*
quod impedire non debet v. g. Qui Scholas Christianorum oc-
cludit, ut Juliani temporibus factum est, ne Juventus cognitione
divina bonis literis ac moribus imbuatur, vel si referare jubet,
temporum ostia, ne incolæ Civitatis convenire, cultumque di-
vinum exercere possint, talia impedit, qvæ impedire non debet,
& sic Causa Moralis est. Item si qvis pacem concordiam ac a-
micitiæ redintegrationem impedit inter rixantes, majores se-
rendo inter eos lites, discordiæ & inimicitiæ causa Moralis est.
2. *Cum quis applicat agens ad patiens* afferendo per illam appli-
cationem tum damnum tum commodum. Sic Incendiarius,
vindiæ cupiditate allectus, palatio aut domui frivole & maliti-
æ ionem applicans eaque comburens, Incendii hujus Causa Mo-
ralis est, licet phynce ^{ad incendium} non concurrat, id quo faciunt
ignis vires ac flammæ, qvia autem ignem combustionis
causam physicam ædificiis hisce applicavit, damnum exinde fa-
tum ipsi imputatur, hinc olim ad restitutionæn damni con-
demnatus hodie vero hoc delictum poena capitali luere ac expi-
are debet. Sic seminator in agrum spinosum aut petrosum se-
men spargens, mali germinis Causa Moralis dicitur, physica e-
nim actione germen non produxit, ^{cam} autem ob rationem ma-
lum germen & messis aspera ipsi imputatur, quia agens applica-
vit ^{ad} patiens. 3. *Cum quis removet impediens.* Sic v. gr. Si
quis removet id, qvod explosionem bombardæ impediverat, &
remoto obstaculo proxime adstans trajiciatur globulo, is qui
obstacula removit, trajectiæ & hanc insequutam mortem
causavit moraliter, ante omnia autem hic est dispiciendum, an
penes removentem obstacula fuerit intentio alterum lœdendi,
hæc si non animadvertis, removens solummodo est causa per
accidens in genere naturæ. Sin vero intentio proximè adstan-
tem lœdere aut plane interficere adfuerit, utique removens iste
est causa per se in genere morum trajectiæ & hanc concomi-
tantis necis. 4. *Cum qvis agens physicum movet ad agendum,* vel
per modum meriti vel per modum satisfactionis, vel per mo-
dum impetrationis. Prima causa qvæ agens physicum per mo-
dum meriti movet ad agendum vocatur *Meritoria.* Sic Christi
meritum